



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Avgvstini Valerii, Veronensis Episcopi, De Rhetorica
Ecclesiastica Libri III. Perqvam Ervditi**

Valiero, Agostino

Coloniae, 1582

Imaginis exemplum. Cap. XXII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69050](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69050)

gnam eijciunt partem, ac nihil parcendo, merces in mare exhauriunt, quo navis subleuetur, & integris saluisq; corporibus, periculū euadant; hoc nos multo magis, quā illos, & consulere oportet, & facere. Admodū raro ad populum putare in oratori Ecclesiastico, conficiendam allegoriam, nē obscura reddatur oratio. Quomodo autem sint explicanda & adhibenda allegoria, paulō post, cum de ratione explicandarum sacrarum literarum tractabimus, dicemus.

Imaginis exemplum.

Cap. XXII.

IMAGINIS exemplum est apud Esaiam, Quasi parturiens dolebunt: & apud Hieremiam, Quia inuenti sunt in populo meo impij insidiātes quasi aucupes, laqueos ponentes & pedicas, ad capiendos viros. Itā Ecclesiasticus orator, ruri inquietos rusticos, appellabit crabrones, usurarios, sanguisugas; utetur frequentibus imaginibus ad rem imprimendam.

Exempla similitudinum, quæ ornatam efficiunt orationem.

Cap. XXIII.

SIMILITVDINES non solum ad probandū aliquid, sed etiam ad delectādos animos adhibentur, idcirco inter figuras sementiarum, similitudo collocatur. Basilus in auaros inuebens, itā facit auarum loquētem: Cui verò iniuriam facio, si mea cōtineam? cedo quænam tua sunt? vndè sumpta in vitam intulisti? ut si quis in theatro spectaculum occupārit, deindē adēuntes prohibeat,

M 5

beat,